

6
liaris administratio committatur; Provincialis,
antequam Generali aliquem eligendū in Rectore
proponat, Informatores admoneat, ut de hoc max-
ime talento diligenter sciant: & si is, quē pro-
ponere statuit, alias gubernavit, ex literis Con-
torum, & visitationibus Collegij, cui praefuit, ali-
quid etiam lucis accipere poterit: & maxime ubi
esse poterunt rationes redditu successorū, quando
defunctus fuit officio: quarum rationum exempla
in futurum ad Provincialē mittenda erunt,
& in Archivio athenianda.

12. qui designati fuerint Procuratores; prius
quā officio fungi incipiant, per certū temporis
spatium (si alias Procuratores non fuerint)
ab aliquo oeconomiae bene perito instruantur,
rudimenta arithmeticae condiscant, & quo
pacto libri rationū tenendi sint erudiantur.

13 Profuerit etiam aliquos iuniores, qui
pollere talento gubernandi videntur, prius
huius muneris Procuratoris addicere: & is, qui
Reitoris officio defuncti sunt, in aliquo alio
Collegio curam rerū temporalium demandare.
Illud omnino necessarium est, ut in Provincia
constat, non eos tantum Procuratores fieri,
qui nullum aliud talentum habent: quod
aliqui, licet im merito, queruntur.

14 Ad continendos in officio Rectores,
& Procuratores, plurimum proderit, si
Provincialis iuxta sui officij reg. 80. bona
stabilia extra domum, quae commode possunt
visitari, visitet: ut videat, num qua
instaurazione egeant, et quid.

ad

ad eorum conseruationem opus sit: an aliter
quid omittum, quo praedia meliora fieri
potuerint: an utiles, & necessaria facta fuerint
expensae.

15 Sed nihil aequè promouebit rectam rei
familiaris administrationem, quam si non
perfunctorie, sed serio, & accurate libri rationū
examinentur: & si quidem Rector, ac Procurator
benere gesserint; sua laude non careant: si
secus; impune minime ferant, sed publica ali-
quam poenitentiam peragant, vel obiurgentur
grauiter in brichinio. quod si propter modum
deliquisse conperiti fuerint; Generalis admonea-
tur, ut si ita vitum fuerit, ab officio vel sus-
pendat, vel etiam amoveat. Congregatio septima
d. 82. 8. octaua d. 15.

16 Statum Collegiorum, & rationē expensi,
& accepti Provincialis per se, vel per suum
accurate recognoscant. Neque sit contentus
surreptuam, quae accepta est, & summan,
quae est expensa; sed inquireat etiam unde
sit accepta, & quibus in rebus, ac quā neces-
sarijs singillatim expensa.

17 Inquireat etiam diligenter de debitis
actiuis, tum passiuis: item de quantitate tincti,
vini, dei consumpti, vel residui: atque, ut hoc
certius fiat, exhiberi tibi curet libros omnes Pro-
curatoris ad hanc cognitionē necessarios: quibus
omnibus, cum numero personarū, quae fuerint
in Collegio, collatis, iudicium ferre possit,
an fuerit aliqua effusio.

18 Ad haec statū praesente Collegij, quam
veris-